

B.M. II. 127.  
f. 36, 1. MEDITATIONES IN AVGVRALF  
DE

II k  
4124

IVRE ET RESERVATO  
IMPERATORIS  
MITTENDI COMMISSA-  
RIOS AD ACTVM ELECTIO-  
NIS ECCLESIASTICORVM  
S.R.G.I. PRINCIPVM ET PRAE-  
SVLVM

SUPERIORVM PERMISSV  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE  
HONORIBVS AC PRIVILEGIIS LEGITIME  
CAPESSENDIS

D. XV. DECEMBRIS ANNO MDCCXXXVIII

AVTOR DEFENSVRVS OFFERT

JOHANNES SIGISMUNDVS SCHELLER  
SONDERS HVSA - SCHWARTZBVRGICVS.

---

ALTORFII NORICORVM  
TYPIS IOH. GEORGII MEYERI, VNIV. TYPOGRA.

28

430.

РЕДИЦИОННЫЕ АВТОРЫ

СТАВРОПОЛЬСКИЙ ИМПЕРИАЛЬНЫЙ УНИВЕРСИТЕТ  
САНКТ-ПЕТЕРБУРГСКОГО ГОСУДАРСТВЕННОГО УНИВЕРСИТЕТА  
САНКТ-ПЕТЕРБУРГСКОГО ГОСУДАРСТВЕННОГО УНИВЕРСИТЕТА  
САНКТ-ПЕТЕРБУРГСКОГО ГОСУДАРСТВЕННОГО УНИВЕРСИТЕТА



ИОАНН НИКИТА СИГИЗМОНД СОФИЕВИЧ  
МОРКОВСКИЙ МОРОКОВСКИЙ  
АНА ТУЧЕГ

*SVB AVSPICIIS*  
RERVM OMNIVM MODERATORIS

DEI T.O.T.M.

DOMINO  
IOHANNI IACOBO  
SCHELLERO

SERENISSIMI S. R. G. I. PRINCIPIS  
SONDERSHUSA SCHVVARTZBVRGICI  
CONSILIARIO AVLICO ET CAMERALI  
LONGE SPECTATISSIMO

PARENTI OPTIMO.

*SANCTA PIETATIS LEGE AETERNVM  
COLENDO,*

HASCE  
MEDITATIONES IN AVGVRales

IN

GRATISSIMAE MENTIS  
DOCVMENTVM

CVM ARDENTI VOTO

PERPETVAE INCOLVMITATIS

ATQVE

PROSPERRIMAE FELICITATIS

DAT DICAT CONSECRAT

SERENISSIMI. R. G. L. PRINCIPIS  
SONDERSHUS. SCHWARTZBURGICI  
COMITATO AVTIO. ET. GERMARIA  
TONGE SPECIATISSIMO

OMNIBUS ORATIONIBUS

FILIVS OBSEQUENTISSIMVS

JOHANNES SIGISMUNDVS SCHELLER.



QVOD FELIX, FAVSTVM FORTV.  
NATVMQUE SIT!

## SECTIO I.

*De Origine et Fatis hujus Iuris et Reservati  
Caesarei intuitu electionum S. R. G. I. Principum  
Ecclesiasticorum et Praesulum.*

### §. I.

Vr. Publ. Doctores, quando caput illud de Instituti ratio-  
juribus et reservatis Sacrae Caes. Majesta-  
tis tangunt, communiter solent ita ratio-  
nes suas inire, ut nonnulla jura, tanquam  
reservata, partim in *politicis* et *seculari-*  
*bust*, partim in *sacris* et *ecclesiasticis* sum-  
mo huic Capiti tribuant. Quod jura Caesaris circa sacra at-  
tinet, illa rursus tam *intuitu totius coetus Christiani*, quam  
etiam *intuitu Sedis Pontificiae* considerari solent; quo pacto  
deinde variae species, et ex iis nonnullae ita in censum ve-  
niunt, ut saepius occasio disceptandi inter eosdem I. P. Do-  
ctores partim super competentia ipsa, partim super extensione  
vel restrictione orta intelligatur. Nostrum non est omnia  
haec jura circa sacra, vel quoad numerum saltem, recen-  
sere; praesertim cum facile cuivis ex libris I. P. constare  
possit,

A 2

possit, eo referri solere jus Advocatiae, jus convocandi  
 generale concilium, jus nominandi ad Cardinalatum, et ex  
 Collegio Cardinalium eligendi Protectorem Germaniae, jus  
 primiarum precum, jus concedendi diploma visitationis a  
 Coenobiis etc. praestandi, i. e. Panis-Brieffe zu ertheilen,  
 jus indicendi ferias generales, jus reformati Calendarium,  
 et alia similia, ut non ignoremus, aliqua ex his una ad  
 Comitia quoque pertinere posse secundum judicium. SCHVVEDERI Sett. I. J. P. c. 5. §. 21. Nemo autem dubita-  
 bit, optima ratione juribus ac reservatis Imperatoris circa  
 sacra annumerari debere, facultatem illam mittendi  
 Legatos et Commissarios suos in S. R. G. I. Archi-  
 episcopatus, Episcopatus et Abbatias etc. ut hi inter-  
 sint Ejus nomine, Praesulum electionibus, actumque illum,  
 prout salus Ecclesiae ac Reipubl. Germ. exigit, ubique mo-  
 derentur. Qua de re cum in scriptis et commentationibus  
 Doctorum I. P. plerumque vel plane nihil, vel generalia tan-  
 tum, tradantur, adeo ut, si III. MOSERVUM excipias in Comp.  
 I. P. G. L. III. c. 5. §. 7. fere intactum hoc argumentum  
 dici queat, equidem ego praesenti Dissertatione Inaugur.  
 pauca et praecipua proferre constitui, et quidem ita, ut  
 Sectione I. de origine et fatis hujus juris et reservati;  
 Sectione II. vero, de exercitio ejusdem, sive jure, modo ac  
 terminis, quibus hoc reservatum exercetur ab Imperatore,  
 agam. Quo ipso tamen non id praesumo, ac si sit vel ha-  
 beri debeat hoc opus pro perfecto omnibusque numeris ab-  
 soluto, quod a meis viribus nondum expectandum, sed ut  
 Specimen sit cogitationum ejus, qui nisi temporis penuria  
 impeditus fuisset, diligentiorem et pleniorem manum labori  
 applicuisse.

§. II.

§. II.

Reservatum diximus atque jus, quod Caeſari competit in-  
 ruitu singulorum Archiepiscopatum, Episcopatum etc. mit-  
 tendi ſcilicet ſuos Commissarios ad electiones; quo etiam  
 ſemper uti ſolet, niſi forſan ſint tales Praefules, qui votum  
 et ſectionem in consilio S. R. G. I. Ordinum non habent, v.  
 Ill. MOSER c. l. Sed utrumque vocabulum ideo expreſſimus  
 et Iuris et Reservati, ut appareat, fundamen- Primarium  
 tum fundamen- tum juris et  
 tū refervari Caeſar- ſaci intuitu  
 electionum Episcopatum  
 ponitur in Iure Principis  
 circa ſacra.

um, ex quo competat, quaerendum eſſe in jure Principis  
 circa ſacra; Reservati vero nomen nunc mereri, quando  
 conſideretur intuitu totius Imperii, et deinde etiam intuitu  
 patri cum Sede Rom. olim initii, five potius per Pontifices ab  
 Imperatoribus extorti: prout ex ſequentiibus apparebit. In-  
 terim non dimittimus primarium iſtud fundamen- tū ex quo  
 Caefarij jus dirigendi electiones Praefulum omnino derivan-  
 dum eſt, ni mirum jū ſtud circa ſacra, quod ſummae po-  
 testate in quavis Republica, ſecundum ſaniora Politices prin-  
 cipia, afferendum eſt. Intelligimus autem per hoc jū ſcirca  
 ſacra omne illud regimen externum, quo eorum actiones di-  
 riguntur, qui in uno coetu et societate Eccleſiae civili vi-  
 vunt, et quorum cauſae, quatenus cognitioni in extero foro ſub-  
 jectae ſunt, ad supremam ejus direktionem ſpectant. Proin-  
 de ſine formidine oppoſiti, jū ſcirca ſacra afferimus Principi  
 ob jura Majestatica; Non agnoscimus ſtatum dupli- ſtū ſub  
 dupli capite, ſpirituali et temporali; Rejicimus diſtin-  
 ctionem inter Clericos et Laicos, ita, ut illi ſint Imperantes,  
 hi parentes; Admittimus quidem diſtin- ctionem inter docen-  
 tes et discentes, ſed utroque ſubjicimus ſummae po-  
 testate in Republica, cuius unum eſt corpus ſub uno capite; Deni-  
 que etiam prorsus abſtrahendum eſſe ducimus a ſubtili quidem  
 illa et a tot Ictis Protestantibus ad hunc uſque diem incaute

A 3

satis

satis usurpata loquendi ratione , quasi Princeps sub duplice persona sit considerandus , in temporalibus et secularibus tanquam Princeps , in spiritualibus et ecclesiasticis tanquam Episcopus . Neque , ut , quae hactenus de summi Imperantibus potestate circa sacra dicta sunt , prolixius explicemus , vel instituti ratio patitur , vel difficultate aliqua laborare posse videtur , postquam haec talia principia genuina jurisdictionis ecclesiasticae universalis firmissimis argumentis adstructa sunt a Viris illi. HVBERO . THOMASIO , BÖHNERO , FLEISCHERO aliisque.

## J. III.

Ius Principis  
circa sacra  
Papo et Cle-  
rus vi et arte  
ad se trahere  
studuerunt,  
in primis quo-  
ad electiones

His praesuppositis , non longe quaerenda esset decisio quaestione : cui , sicut in quavis bene ordinata Republica , ita etiam in nostro Germ. Imperio competenter potestas constituerunt coetui Christiano dignos pastores talesque Episcopos , qui saluti Ecclesiae , externae directioni Principis omnino creditae , ejusque aedificationi , omne studium omnemque curam adhiberent . Neque credendum est , summis Imperantibus Christianis in exercitio hujus juris circa sacra tam facile aliquid derogari potuisse , nisi fastus et insatiabilis avaritia eorum , qui in locum Petri se successisse , vicariatum Christi in his terris tenere cum clavibus coeli , primatumque , non solum inter Reges , sed etiam inter Episcopos , sibi alias aequales , ad se pertinere temerario ausu defendebant , i. e. summorum Pontificum omne regimen politicum hac in re nullo non tempore turbare laborasset . Quam ob rem fieri aliter non potuit , quam ut summi Imperiorum , Regnorumque moderatore hisce aliisque artibus Sedis Romanae et totius Ordinis Clericalis , quibus supremam autoritatem et principalem splendorem deprimere et extinguere , imo summa imis miscere volebant , quantum fieri , pro varietate et saepius calamitate

mitate temporum, potuit, obviam ire, et ecclesias suas ab iniquissimis dominationibus Papalibus liberare studuerint. Illud adeo singulare est et memoratu dignum, quod et ipsi Romano-Catholicae religioni addicti scriptores, si pro patriae suae libertate ecclesiastica tuenda calamus stringendus erat, contra affectatum Sedis, ita dictae Apostolicae, dominatum libertatis dulcissimum vocabulum in ore gerere, adeoque quac huic libertati sive vi sive fraude sive quacunque alia ratione detracta fuerunt, inter Sedis Romanae spolia indirecte et per bonam consequentiam referre non dubitarent. Testis hujus rei locuples esse potest egregius liber PETRI DE MARCA, Ecclesiae Gallicanae libertatis vindicis et assertoris acerrimi; tametsi negandum non sit, eundem virum, cum suis similibus, verba in factum passim ita temperasse, ne Sedis Apostolicae reliquam autoritatem in dubium vocasse, vel obsequium de cetero debitum eidem denegasse videatur. Digna sunt verba L. I. c. 2. p. 9. ut hic apponantur. "Hostes ecclesiae, inquit, atque quam plurimi homines minime malii, sed in usu rerum parum versati, et anti-quitatis ecclesiasticae imperiti nomen ipsum libertatis defensione stantur, quasi apertam ab Ecclesia Romana defectionem blasphemiae proximam inducat. Hi ex aequo et Romanae Ecclesiae injuriosi sunt, ac si libertatem omninem aversata despotica quadam, vel potius tyrannica potestate jura omnia infringenteret, et Ecclesiae pudorem onerant, quasi libertatis cuiusdam retinens esse non possit, et simul pietate debita matrem suam prosequi.

#### §. IV.

Cui vero fini et cui bono haec omnia hactenus a nobis adducta fuerint, non adeo difficile est ad intelligendum. Nimurum ut appareat primo, sicuti cuivis potestati summae ita

In Imperio  
nostro ius  
constituendi  
Episcopos

canquam  
pars juris cir-  
ca sacra ad  
Caesares per-  
tinuit jure  
proprio.

Neutiquam  
ex indulgen-  
tia Papæ.

ita etiam in Germ. Imperio summo capiti vi juris circa sacra Majestatici atque regalis citra ullius alteriusve affectatae potestatis in hoc mundo concessionem conniventiam vel indulgentiam competere proprio jure , prospicere saluti ecclesiae , fidos pastores eligendo , dignos Episcopos instituendo , pravosque ac gregem sibi concreditum Christianum perdentes dejiciendo et removendo . Quod ideo inculcamus , ut manifestum sit , graviter hallucinatum fuisse BELLARMINUM , qui , antiquissimam a populo factam , et postea ad Christianos Principes translatam eligendi Episcopos rationem , tantum ex conniventia Papae Rom. ad breve tempus fuisse toleratam , asserit . Deinde secundo ut legitimâ conclusio fieri possit : Quicquid ex hoc jure instituendi et deponendi Episcopos ad Pontifices a summis Imperantibus consequenter etiam a Caesariis translatum est , vel vi acquisitum , vel fraude laceratum , vel denique ex nimio pietatis et religionis affectu illis indultum relictumque fuisse .

### §. V.

Antiqua ra-  
tio electio-  
num Episco-  
rum.

Nunc quidem amplissimus campus nobis aperiretur , in quo , per varias temporum periodos et vicissitudines demonstrare possemus , qua ratione comparata fuerit a primis Ecclesiae temporibus electio Episcorum et Praesulum ; qua justitia Caesares et Reges jus istud circa sacra post transitum ad cœtum Christianum sibi vindicarint ; quibus artibus Praefules Romani , primatum affectantes , omnes partes hujus juris ad se traxerint ; et denique quibus conatibus summi Imperantes se opposuerint iniquissimo dominatui papali . Verum enim vero cum haec omnia a cordatis pariter et doctissimis viris explicata sint , sufficiet , si in hac tractatione breviter strictimque versabimur . Et quidem quod ad antiquissima tempora attinet purioris Ecclesiae , ad totam ecclesiam ipsam sive ad populum Christianum ,

stianum, electiones Presbyterorum et Episcoporum, (inter quos tunc nulla notabilis erat distinctio) omnino pertinuisse, extra dubitationis aleam positum est, idemque ex ACTIS APOSTOLICIS, ex CLEMENTIS epistola ad Corinthios aliisque locis erudite ostendit ILL. BÖHMER in dissert. ad Plinium et Tertullianum VI. et Iur. Eccles. Protest. L. I. T. VI. §. 3. seqq. Qui simul ex THOMASINO, BLONDELLO, MARCO ANTONIO DE DOMINIS, ZIGLERO et SCHILTERO, veritatem illam confirmavit, quod electio plebi, in Occidente in Occidente. imprimis per plura Sec. conservata fuerit, et quod hujus rei vestigia in ipso Decreto Gratiani deprehendantur. can. 5.

Diss. 51. c. 13. et 16. D. 61. c. 26. D. 63. etc. At vero in Oriente post Sec. IV. mox plebs ab electione exclusa videbatur, devoluta maxime potestate hac ad concilium Episcoporum: Interim tamen quod nihilominus Imperatores Christiani Sec. IV. non raro Patriarchas et Episcopos constituerint et indignos removerint, egregiis locis ex scriptoribus coaevis probavit PFEFFINGER ad VITRIAR. L. I. T. XV. §. 19.

*litt. b.* Quae postea fuerit ratio, quodve factum ad tempora usque Justiniani Imperatoris, quo plebs potissimum exclusa, admissis tantum honoratis et optimatibus l. 42. C. de Episcop. et Cler. Nov. 123. c. 1. et Nov. 137. c. 2., exposuerunt THOMASINV. et MARCA citati apud ILL. BÖHMER. loco alleg. §. 6. Nullo tamen tempore exclusam fuisse auctoritatem Imperatorum, nobis colligendum videtur ex locis EVSEBII de vita Constantini M. L. III. c. 58. seqq. et THEODORETO Histor. L. I. c. 9. In primis notandus est ille locus EVSEBII, quo nos certiores reddit, se audivisse Constantium Imperat. ad Episcopos in convivio dicentem haec verba: Vos quidem eorum, quae intus sunt in Ecclesia agenda, ego vero quae extra hanc sunt, Episcopus a DEO sum constitutus. De Constantio Imperat. qui Liberium Papam Episcopatu Rom.

B

dona-

NON

donavit vid. PLATINA in ejus vita. De Theodosio juniore, qui Nectarium in locum Gregorii Nazianzeni suscepit vid. SOZOMENES L. VII. c. 8. Varias autem controversias, super modo eligendi Episcopos in Oriente consueto, ortas compone studuit BLONDELL. in *tr. de jure plebis in regim. ecclesiast.*, ad quem B.L. remittimus.

### §. VI.

In Occidente diutius Clero populoque electio conservata fuit: Quod vero post Sec. V. jam Regum consensus simul requisitus, et ita tandem ad eosdem universa electio transierit, facile posset demonstrari, nisi otium nobis fecissent PETRVS DE MARCA, CONRING. & PFEFFINGER, qui ultimus in primis quoad Germaniae Reges et Imperatores hoc argumentum per singula temporum momenta prolixè pertractavit, quem proinde exscribere nolumus. Ita de Carolo, qui et re et nomine Magnus erat, certum est, ipsi jus constituendi et deponendi Archi-Episcopos et Episcopos relatum fuisse; et ex CRANZIO L. II. c. 23. it. in Metropoli passim probari potest, eum in Germania in primis in Saxonia, plures pro arbitrio constituisse Episcopos. Quam gratus fuerit Hadrianus Papa erga Carolum, ita, ut, synodo habita, sanctione pragmatica omne jus eligendi pontificem et ordinandi sedem papalem ipsi confirmaret, ex coaevis probavit STRVV. in *Corpore Hist. Germ.* Testatur de eadem re can. 22. dis. 63. et addit, Hadrianum voluisse, ut Archiepiscopi et Episcopi per singulas provincias ab Imperatore investituram accipient, et, nisi a Rege laudetur et investiatur, a nemine consecratur, sub poena anathematis et publicationis bonorum. Notum est, varia BARONIVM adduxisse contra hoc decretum, sed argumenta eius solide refutavit PFEFFING. L. I. t. 15. §. 21. Quae omnia, cum adeo libere exercita fuerint a Carolo M. non

*Quo jure usus:  
Carolus M.*

non solum justam conclusionem suppeditant a potestate et jure  
instituendi Episcopos, ad jus deponendi eosdem; sed etiam  
ita comparata sunt, ut sequentium Regum et Imperatorum  
a Carolo M. usque ad Ottonem M. regentium justam faculta-  
tem exercendi hoc jus, comprobare queant. Liceat ex do-  
cumentis nonnulla tantum ad rem nostram facientia adducere.

Ita Ludovicus Pius liberam quidem electionem Episcopi Ro-  
mani, edicto aliquo, clero et populo reliquise fertur; Sed  
rantum abest, ut libertas ista regii assensu necessitatem exclu-  
sisset, vel in totum sustulisset jus eligendi reliquos Episcopos,  
eosdemque deponendi; quin potius, regium istum assensum  
a concilio Aurelianensi probatum fuisse, et in exercitio ad-  
hibitum, vel ex ipsa electione Gregorii IV. appareat: Is enim  
non prius ordinatus erat, quam cum legatus Imperatoris  
Romam venisset, et electionem populi qualis sit, exanimasset,  
vid. ANNAL. BERTINIANI. ad Ann. 827. Aliud notabile  
documentum hujus juris exerciti invenitur in Actis Comi-  
tiorum Roman. anno 844. apud GOLDAST. T. III. Conf.  
Imp. p. 269. seqq. nimirum, cum Papa Sergius II. inconsulto  
Imperatore electus et consecratus fuisset, Lotharius Augustus  
filium Ludovicum Regem cum exercitu misit Romam, ut  
Papam et Romanos ad obedientiam Imperatoris retraheret;  
qui, postquam Romanis exposuit, quod Papa sit omnibus  
modis Caesari subiectus, nec sine ejus nutu consecrari, mul-  
to minus regnare debeat, tantum profecit, ut Pontifex,  
omnes Archiepiscopi, Episcopi et optimates Romanorum non  
tantum fidelitatem Lothario semper Augusto promiserint, sed  
etiam decerente Papa quemquam illic praeter sui iussionem  
Missorumque suorum praesentiam ordinare noluerint. vid.  
ANNAL. BERTINIANI. ad A. 844. Et quid opus est verbis  
ac multis demonstrationibus? Ipse BARONIVS fatetur, parum  
tunc temporis auctoritatis fuisse Pontificem apud Germanos;

Ludovicus Pius.

Lotharius.

et intrepide Germanos Episcopos, Regis sui autoritate confisos repudium mississe Praesuli Romano, Imperium quoddam in Regimine Ecclesiastico libertati sua contrarium, affectanti. **Produxit BARONIVS in annalibus ecclesiast.** licet invitus et in Autores injurias hujus tenoris litteras: „Cum sis servus servorum, dominus dominantium esse contendis; Nos vero cum collegiis nostris neque editulis tuis stamus, neque vocem agnoscimus, neque tonitrua timemus etc.

### S. VII.

Otto M.

Talis erat rerum status quoad jus Caesarum intuitu electionis ac constitutionis Episcoporum a Carolo M. usque ad Ottонem M. Hic, juncto Imperio Romano cum Germanico regno, omnino omnia sibi vindicavit circa sacra jura quae Garolus M. cum suis successoribus unquam potuit sibi vindicare; Ordinavit enim Romanam sedem, Archiepiscopos Episcoposque constituebat, et, si e re Ecclesiae esse ipsi videbatur, indignos deponebat. Non longe quaerenda sunt aperatae quae haec probant documenta: Provocamus sollempmodo ad can. 23. D. 63. et ad specimen autoritatis strenue exercitiae, cum Iohannem XII deposuerat Otto, et in ejus locum surrogarat Leonem VIII. De eodem Ottone plurimorum I. Publ. atque Ecclesiast. Doctorum sententia est, eum, una cum episcopal dignitate ecclesiastica, secularem potestatem et regalia Episcopis Germanicis famosa investitura per annulum et baculum tribuendi, fundamenta jecisse; utut alii, jam aevo Carolingico initia investiture se invenisse, crediderint. **CRANZIVS Libr. III. Metropol. Cap. III.** scribit Landovvardum Episcopum Mindensem inter omnes suos antecessores primum fuisse, qui regalia acceperat de manu Imperatoris Ottonis I. Id certum est, ab eo tempore illum morem frequentius usurpatum fuisse ab Imperatoribus,

ut

Investitura per  
annulum et ba-  
culum.

ut darent investituram Episcopis quoad jurisdictionem ecclesiasticam et regalia per investituram istam , atque simul feudorum ecclesiasticorum originem stabilirent . Imo ex eodem fundamento quandoque Ducibus investiturae hujus jus datum est ; iis scilicet , qui novos Episcopatus erigendi autoritate pollebant : Nam Henricum Leonem hac potestate praeditum fuisse in terra Slavorum , testis est HELMOLDVS in *Chron. Slav.* L. I. c. 87 . ubi : " Facta postulatione , ait , obtinuit Henricus apud Caesarem autoritatem Episcopatus suscipere , dare , et confirmare in omni terra Slavorum . Qui prolixiorum tractationem de hujus investiturae per A. et B. origine et fatis desiderant , eos remittimus ad CONRING . MAIMBURG . THEODORVM NIEM et ILL . BÖHMER . I. E. Prot. L. I. t. 6. §. 61. seqq. et t. 31. §. 35. Praeterea notandus est locus ISIDORI Hispalensis Episcopi apud BELLARMINVM de *Script. Eccles.* p. 137. ubi L. II. de officiis ecclesiast. c. 6. dicitur ; quod Episcopo , dum consecratur , detur baculus , ut ejus judicium subditam plebem vel regat , vel corrigit , vel infirmitates infirmorum sustineat : Detur et annulus propter signum pontificalis honoris vel signaculum secretorum .

### §. VIII.

Hac ratione successores Ottonis usque ad Henricum III. inclusive jus constituendi Episcopos et investiendi quiete exercuerunt . Verum Gregorius VII. Pontifex Maximus , qui et fastu et calliditate omnes suos et antecessores et successores facile superaverat , et de novis hierarchiae papalis stabilienda fundamentis nullo non tempore sollicitus erat , jus istud investiendi per A. et B. oculis invidia plenis aspergit , et proinde Henrico IV. extorquere tentavit . Vix enim ad Pontificatum , Imperatoris cura et autoritate , eyectus erat

*Investitura per  
A. et B. quiete  
exercita ab Ot-  
tone usque ad  
Henricum III.*

Gregorius VII.  
Henrico jus  
investiendi ex-  
torquere voluit,  
sed frustra.

cum statim jam caput efferre inciperet, et, habita Romae Anno 1074. synodo, palam interdiceret Regi jus in posterum investiendi Archiepiscopos Episcopos etc. sub praetextu simoniarum commissarum. Mittebat legatos ad Regem, qui illum coram synodum Romanam citabant, ut de criminibus patratis responderet, alioquin sciret ipsi anathema impositum fieri. Aegre ferebat Rex Henricus Papae temeritatem, eamque ob rem, omnibus fere Episcopis et Abbatibus Germ. ad se Wormatiam convocatis, illorum consensu mittebat Papae litteras, in quarum fine haec habentur. „ Tu „ hoc anathemate et omnium nostrorum Episcoporum judi- „ cio damnatus descende, vindicatam tibi sedem relinque, „ aliis in solium B. Petri ascendat, qui nulla violentia reli- „ gionem palliet, sed B. Petri sanam doctrinam doceat. „ Ego Henricus Rex DEI gratia cum omnibus Episcopis no- „ stris tibi dicimus, descende, descendere, etc. “ Quibus litteris ad Papam delatis, hic Regem novo plane exemplo illegitimo modo excommunicat, ab Imperii culmine depo- nit, omnesque a juramento, ipsi praestito absolvit. Et quanvis Henricus modo Regiae suae dignitatis indecoro absolutionem a Papa Rom. petiisset, pacemque postea Ao. 1077. cum eo iniisset, nihilominus hic varios Anti-Caesares excitavit, illumque iterum diris devovit. Sed frustra laboravit, nec fulmina excommunicationis exercitium juris investiendi Epis- copos per A. et B. tollere vel impedire potuerunt; Rex potius, teste SIEGBRTO GEMBLACENSI, conventu Episcoporum habitu Moguntiae, decrevit, Pontificem a Papatu esse deponendum et Longobardiam petens Guibertum Ravennae Episcopum pro Hildebrando Papam designat. Eodem modo Paschalis II. Imperatoribus jus illud investiendi ex inepta ratione adimere studuit. „ Si enim ecclesia, in- „ quit apud SUGERIVM pag. 289. Imperatore inconsulto „ Prac-

„Praelatum eligere non possit cassata Christi morte , ei ser-  
 „, viliter subjacere , si virga et annulo investiatur , cum ad  
 „, altaria ejusmodi pertineant , contra DEVUM ipsum usur-  
 „, pare , si saceratas dominico corpori et sanguini manus Lai-  
 „, ci manibus gladio sanguinolentis obligando supponant or-  
 „, dini suo et sacrae unctioni derogare etc . „ Quid ad haec  
 Henricus ? Is Papam et nonnullos Cardinales secum captivos  
 ducit , nec prius dimittit , quam omnes jurejurando sancte  
 promittant , se Imperatores in concedendis investituris Epis-  
 copalibus per A. et B. nunquam turbaturos , neque injuria  
 effecturos , multo minus excommunicaturos esse .

## §. IX.

In tali rerum statu Henricus V. jus suum circa sacra et <sup>Henricus V. di-</sup>  
 speciatim , constituendos Episcopos in Germania deprehen-<sup>mittit B. Petro-</sup>  
 dit. Ipse Pontifex Henrico in Imperatorem coronato me-<sup>investituram vi-</sup>  
 morotam paulo ante conventionem post lectum Evangelium  
 confirmavit , et pro more illorum temporum , per S. Eucha-  
 ristiam obsignavit formula solenni , et , ob adhibitas reli-  
 giosissimas contestationes , prorsus stupenda. Verum enim  
 vero eae fuerunt multis Pontificibus Romanis artes  
 familiares , ut nihil tam sanctum tamque inviolabile consti-  
 tutum sit , quod praetensa laesione salutis Ecclesiae i. e. hie-  
 rarchiae et dominatus papalis clericalisque facillimo negotio  
 rumpi atque dissolvi non posset. Quapropter vix Imperator  
 in Germaniam reversus erat , cum jam in Concilio Latera-  
 nensi Papa omnia quae tanta religione promiserat , turpiter  
 revocasset sub praetextu coactae voluntatis ; addito , in  
 praemium factae transfectionis , fulmine anathematis in Im-  
 peratorem. Nimis longum foret , si omnia illa fata , quae  
 Henricus V. in hac tristissima a Sede Papali perpessa persecu-  
 tione sustinere debuit , prolixo stylo recensere vellemus.

Qui

Qui Pontificem istum nulla religione nullaque conscientia praeditum exceperunt successores Gelasius II. Gregorius VIII. et Calixtus II. vestigiis antecessoris sui Pseudo-Politicis, libertati Ecclesiarum Germanicanum infensis, sed ad incrementum fastus papalis promovendum praecipue aptis, feliciter insistebant. A Gelasio II. instinctu Alberti Moguntini, Friderici Coloniensis et Conradi Salisburgensis, Imperatorem denuo excommunicatum fuisse, refert OTTO FRISINGENSIS *L. VII. c. 15.* Et quamvis Imperator ex sua parte omnem moverit lapidem, ut violentiis hisce papalibus obviam iret, jureque suo in deponendis turbulentis, et novis constituendis Praesulibus, uteretur; nihil tamen efficere potuit, partim propter generalem illorum temporum infelicitatem, partim propter superstitionem, quae tunc omnium, qui sub fulminantibus minis Paparum vivebant, animos occupabat; partim denique propter intestina bella, quae totam Germaniam turbulentam, et speciatim Ecclesiast. Principum mentes adeo Henrico infensas reddebat, ut adhuc dubium sit, utrum sinistris fatis et adversae fortunae Henrici V, an vero magis Principum et Praesulum I. R. G. sive discordiae, qua maxima res dilabuntur, sive obstinationi, qua Henricum deferrendum esse decreverant, jactura insignis hujus juris circa sacra, investiturae scil. episcopalnis, adscribenda sit. Sed talis erat finis deplorandus controversiae inter Sedem Rom. et Imperium R. Germ. agitatae: nimirum cedere injustis violentiis sanctae, si Diis placet, Sedis necesse habuit Henricus, et solenniter renuntiare investiturae per A. et B. per tot annos multo sanguine Germ. acriter defensae.

## §. X.

Solennis cessio  
per Henricum V.  
Calixto II, facta  
8. 1122.

Peracta est haec famosa cessio atque renuntiatio in Comitiis Wormatiensibus Anno MCXXII; et quidem inter Pontificem Calixtum II. et Caesarem Henricum V. infelicissimo Rei-

Reipublicae Germ. fato; effectumque est, ut in posterum Praesules non nisi regalia ab Imperatoribus mediante investitura recipere debeant. Asservatur haec Constitutio et pactio Romae, aureoque sigillo munita est. Quoniam vero reciproca, et ita comparata deprehenditur, ut nobis, qui fundamentum juris et reservati Imperatoris mittendi legatos sive Commissarios ad actum electionum Archiepiscoporum, Episcoporum et reliquorum Praesulum in illa ipsa pactione quaremus, de illius integerissimo sensu constare omnino debeat; hinc quin ipsa verba inseruissimus: vix nobis temperare potuimus. Verum cum cuivis integrum sit, eandem infer-  
tam deprehendere atque legere apud GOLDAST. *in Conf. imp. p. 259.* SCHILTER. *de Libert. Eccl. German. L. IV. c. 5.*  
*§. 6. et 7.* PFEFFINGER. *ad Vitriar. L. I. T. 2. §. 8. p. 65.* et apud complures alios: hinc temporis spatioque parcentes, eam quidem omittimus, sub hac tamen solenni protestatione, quod in sequentibus, quoties necessitas occasione id postulabunt, verba ad scopum nostrum facientia fideli manu simus produc-  
turi. Antequam vero ad Sect. II. nos convertimus, tria *Tria monita.* adhuc annotanda veniunt, *primum* est, quod Papa, qui Henrico V. injustissimo modo investituram per A. et B. extorsit sub praetextu reprimendarum artium Simoniacarum, pessimam suam intentionem, quam in hac re fovebat, mox pro-  
diderit dum pristinam libertatem Clero plebique restituere adeoque rem in pristinum statum reducere prorsus non inten-  
debat, sed potius suae autoritatis incrementum, contra omnem usum, in Ecclesia Christiana hactenus nunquam observatum,  
quaerebat; atque adeo jus constituendi Episcopos inter justas rapinas referebat. Variis enim artibus electiones postea tur-  
bavit per mandata sua de providendo, jure confirmandi nun-  
quam contentus. *Alterum* est, quod sequentes quidem Imperatores, atque successores Henrici V. ad Fridericum II.

C

usque,

Ex hac cessione  
Henriciana ex-  
plicari debet re-  
servatum et ius  
Imperatoris ut  
praetens sit in ele-  
ctionibus per suos  
Commissarios.

usque, omni studio laborarint, ut injusto usurpatori turpe lucrum extorquerent, et jus constituendi Episcopos sive investitutam per A. et B. Caesareis Regalibus vindicarent: Verum semper infelici successu. Nam Papa jure usurpato diu tam effrenata libertate tantaque temeritate usus est per Germaniam, ut non potuerint non Germani hisce ausibus omni tempore ac quovis modo resistere. Peperit hoc certamen de injustitia annatarum, de immensis sumtibus, pro pallio, confirmatione etc. redimenda, impendendis, de turbis per mandata de providendo excitatis in electionibus etc. Concordata illa Nationis Germ. An. 1448. inter Frider. III. et Nicolaum V. inita; quibus electio cathedralibus ecclesiis restituta, quaedam autem Pontifici reservata, multa tamen ita dubie ibidem posita leguntur, ut in immensum creverit moles gravaminum Ecclesiarum Imp. Rom. Ger. contra sedem Apostolicam, neque in hunc usque diem medela his malis applicari potuerit. *Tertium* denique est, quod primarium fundamentum juris istius et reservati Imperatoris, mittendi Legatos et Commissarios ad actus electionum, nonnulli quaerant in supremo jure Advocatiae Ecclesiae universalis, vi cuius Imperatori incumbit, ut omnia in Ecclesia Christiana ad normam pacis concordiae et salutis conservandae componantur: quade re promissio solennis ab Imperat. deprehenditur in capitulat. Proinde olim ipse Legatus Caesareus Illustr. Comes de Kaunitz ad istud jus Advocatiae provocabat in Electione Colonensi; uti appareat ex propositione Reverend. Capitulo Metropolitanae Ecclesiae Coloniensis 14. Jul 1688. facta et expressa in Actis LONDORPII ad an. 1688 ubi lit. B. leguntur verba: „Nunc vero, vacante „Archiepiscopalii sede, Caesaream Majestatem sui muneris esse, „et Advocatiae sibi in Ecclesias Germ. competenti, incumbere „duxisse, Capitulo Metropol. breviter exponi, quod Archi-  
„episco-

„episcopatui huic Electoralis dignitas annexa sit , quam con-  
„servare nec ullo discrimini objicere oporteat. Nos qui-  
dem non reprobamus , si quis ex hoc jure Advocatiae de-  
ducere vellet fundamentum reservati Imperatorii, quoad mis-  
sionem Commissariorum ad electiones Praesulum : Quoniam  
vero in illa Advocatia magis *officia* Imperatoris et quidem  
generalia ad pacem in Ecclesia conservandam continentur ;  
quod ex recentissimo aliquo exemplo demonstrari potest , cum  
Augustissimus noster Imperator CAROLVS VI occasione tur-  
barum in Ecclesia Gallicana propter Constitutionem Unige-  
nitus excitatarum , solenni rescripto ad Comitem Althanum  
Romam misso , sui officii gravissimi , *Ecclesiae sc. supremi pro-*  
*reectoris* ( en qualité de Chef supreme et temporel , d' *Avocat de*  
*l'eglise universelle* , ut verba sonant ) se memorem esse debere ,  
plenissimo Majestatis et prudentiae zelo declaraverat , v.  
C. A. BECK in *diff. de triplici Advocatia Imperat. Ecclesiast.*  
*per tot. et in specie c. 1. §. 18.* Hinc nemo nobis vitio ver-  
tet , si , qui non tam de aliquo *officio* , sed potius de *singulari*  
*jure et reservato Imperatoris ecclesiastico* in Imper. R. G. exer-  
cendo agere constituimus , illud nimis generale principium  
seponimus , et potius ad proximius quoddam fundamentum ,  
quod *in reliquis Juris circa sacra per conventionem Impera-*  
*toris Henrici V. cum Calixto II. superstitibus , tutius quaे-*  
*ritur , in praesenti Rerum Germanicarum statu , primario pro-*  
*vocamus ; vestigia prementes ILL. MOSERI in Intr. J. P. L. III.*  
*C. 5. §. 7. qui eadem methodo usus est.*

## C 2 SECTIO

## SECTIO II.

*De exercitio reservati Imperatorii mittendi  
legatos et Commissarios ad electiones Sacri  
R. G. f. Praesulum.*

### §. I.

Potiora momenta  
ex reciproca pro-  
missione Impera-  
toris et Pontificis  
in pacto d.a. 1122.  
recententur.

**D**E exercitio hujus juris et reservati , quo , per Legatos et Commissarios , electiones ecclesiasticas in Imp. R. G. dirigit Imperator , ut justo ordine agere possumus , ante omnia dispiciendum erit , quid hujus juris nomine in mutua promissione Pontificis et Caesaris contineatur . Dimisit autem Henricus Ecclesiae Romanae *omnem investituras per A. et B.* Concessit in omnibus Ecclesiis fieri electionem et liberam consecrationem ; et promisit Ecclesiae Romanae suum auxilium , in quibus hoc postulaverit , etc. E contra Calixtus Papa concessit Imperatori , I.) ut electiones Episcoporum et Abbatum Teutonici Regni quae ad regnum pertinent , in *praesentia ejus (Imperatoris)* fiant , absque simonia et aliqua violentia : Notavit SCHILTERVS astutiam Pontificis *L. IV. de libert. Eccles. Germ. c. 5. §. 8.* , nam id intendebat Pontifex , ut non solum investitura Episcoporum per Germaniam et Italiam , sed eo ipso etiam superioritas et independentia a summa Reipublicae potestate acquireretur . Per verba itaque : *Teutonici Regni , quae ad regnum pertinent etc.* restrinxit jus Caesaris ita , ut extra regnum Teutonicum quae fiunt et ad principatum Vrbis Romae pertinent , in *praesentia Imperatoris aut ejus Missorum* amplius fieri non deberent , nec Imperator concurrere ; adeoque nec ad electionem Pontificis Romani ; cum tamen talis promissio et restrictio in diplomate Imperatoris non con-

contineatur. Porro II.) Papa Imperatori ejusque autoritati reliquit, ut, si qua inter partes discordia emergerit, Metropolitani et provincialium consilio vel judicio, saniori parti assensum et auxilium praebere possit. III.) Liberam investituram regalium ut electi recipient ab Imperatore, non impedire voluit nec potuit Papa; sicuti etiam fidelitati quae in investitura promittitur et praestanda est, derogare noluit, ( quasi haec omnia ad sanctissimi Patris curam pertinuissent unquam ) modo excipientur jura quae ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur. His praesuppositis, nunc videamus, quae vi hujus *conventionis* famosae, vi *genuinorum principiorum* J. P. Germ., vi denique *praxeos* in Imperio nostro *Imperatori*, tuto sint asserenda jura, et quatenus ea exerceantur per *Misso*s, *Legatos* sive *Commissarios*. Nam, cum parum conveniret Imperatori, ut ipse in persona praesens sit, et dirigat electiones Praefulum, per se patet ea omnia, quae in seqq. prolaturi sumus, pertinere ad tales Procuratores et mandatarios, Caelarea autoritate, quoad hos actus, plenissime instructos, augustissimam ejus personam representantes, et adeo solennibus litteris, pro legitimanda persona sua, productis, debito modo admittendos. Quapropter hic breves esse possumus, quod ad punctum legitimacionis pertinet, neque hic ulla differentia occurrit inter hos et quoscunque alios Augustissimi in Imperio Capitis Misso, Legatos vel Comissarios, sed sufficit provocare ad generalem regulam, quod illud ipsum, quod quis per alium legitimo mandato instructum fecit expedivitque, ipse fecisse putandus fit.

## §. II.

Licet itaque *Capitulis* immediatis in Imperio R. Germ. tam Romano-Catolicae religioni in totum aut ex parte ad-

C 3

scrip-

inter reliquias  
juris circa sacra  
pertinet Referva-  
tum Imperatoris,

quod adeo non  
restringendum  
sed extendendum.

scriptis quam etiam Augustanae Confessioni addictis, libera electio relictā sit; licet etiam Papae jus, confirmandi Episcopos et Praefules suae confessionis, reservatum maneat; Caesaribus tamen salvum intactumque manere debet illud jus et reservatum, quod ex juribus circa sacra et suprema illa potestate constituendi Episcopos et Praelatos, eosdemque si indigni sint, removendi, tanquam tabula ex naufragio fatali collecta, adhuc reliquum est, et quod, si genuinis principiis politicis ecclesiasticis et I.P. insistendum est, neutiquam restringi sed potius justissimo modo extendi debet. Quis enim negabit, nos versari, dum de ademtione, privatione et injusta extorsione juris firmissime quaesiti agimus, in negotio aperte odioſo, libertati Germ. admodum fatali, et, si infelices temporum vicissitudines gravissimasque contentiones consideramus, nunquam non deplorando: Quapropter omnia in favorem Caesaris extendenda sunt, et conclusio denique formanda, quod quicquid Imperatori non expresse ademtum, illud ipsi adhuc salvum maneat; praesertim cum adhuc dubium sit, an, quicquid Caesar per tam injustas artes atque violentias amisit dimisitque, per pactiōnem qualemcunque amittere unquam vel dimittere, etiam cum statuum consensu, potuisset, vid. omnino SCHILTER. saepe cit. tr. de Libert. Eccles. Germ. Quicquid vero horum sit, certissimum manet, electiones Episcoporum et Praefulum in praesentia Imperatoris ejusque legati fieri debere, nec legitimas unquam esse posse, si quicquam in hac re negligetur. Videamus itaque quales sint effectus hujus juris et reservati.

### §. III.

Effectus I. Caesar  
praetendit omni  
jure, ut ipsi signi-  
ficerit sedis va-  
cantia.

Primo loco omni jure praetendit Imperator ut Capitulum, cuius sedes, si Praeful mortuus aut alia ratione sublatus est, vacat, hanc sedis vacantiam Caesari debita sub-

submissione annuntiet. Quae eo potissimum fine et ex ea necessitate fieri debere existimamus, non solum ut supremae Curiae Feudali de hac mutatione intuitu feudi Ecclesiastici, prout fas est constare possit, sed etiam ut de Commissariis ad futuram electionem eligendis, legitimandis, mittendisque cogitari, et omnia rite praeparari queant. Ex quo porro secundo fluit, in illa ipsa debita annuntiatione sedis vacantiae, Capitulum tempus indicare debere, quo ad novam electionem Praefulsi procedere constituit: Tamen enim tempus illud, intra quod electio fieri debet legitima, in Iur. Can. adeo certum atque definitum sit, ut, nisi intra 3. menses fiat, jus eligendi amittatur et ad superiorem devolvatur, *can. II. Dis. 50. cap. 41. X. de Elect. et elect. pot.* Nihilominus tamen casus emergere potest, ut vel sedes impediatur, vel ex privilegio quoddam electio differri possit in longius quoddam tempus, ita verbi gratia videmus, nonnulla capitula provocare ad ejusmodi privilegium, vi cuius laxiori tempore uti possunt pro sedis suae vacantia, ut interim fructus beneficii hujus majoris redundant in capitulum: quale privilegium in nuperima aliqua electione Episcopali allegatum, et proinde Caesarei Legati adventum dilatum fuisse, meminimus. Neque disputabitur, ejusmodi privilegia locum invenire posse, postquam ex Iur. Can. constat, non esse prohibitum, ut etiam ipse collator, qui fructus beneficii alias retinere nequit, ante collationem, una cum Capitulo statuere possit, quod fructus, ob justam et necessariam causam, ad tempus sint retinendi; et hoc jus retinendi fructus alias vocari solet *jus deportus*, vid. THOMASINVS *P. II. L. II. de disciplina Ecclesiast. C. 37. Ill. BÖHMERVS ad CORVINI Jus Canonicum L. II. T. 29. §. 34. lit. l.* Quod antea de sede impedita et impedienda diximus, ita intelligi volumus, quod quidem electiones in Germania ita liberae

*Effectus II. ut in-  
dicetur tempus  
futurae electionis  
praefiturum.*

liberae esse debeant, ut nec per Papam nec per Imperatorem regulariter impediendae sint, ipso Pontifex, si hoc faceret, aperte contra Concordata Nat. Germ. ageret, v.

**Effectus III.** Exercet facultatem ob justas causas inhibendi electionem.

III. BÖHM. ad CORVIN. c. l. L. I. T. 6. §. 9. lit. s. Interim tamen praxis in Germania ostendit, quod is, cui jus convocandi capitulum competit, et illud intra tempus praestitutum convocare tenetur ad actum electionis peragendum, illud nihilominus intermittere debeat ob superioris inhibitionem. Sane in Electionibus Episcoporum Catholicorum actum electionis inhibuit et prorogavit Pontifex, quod acta electionis Monasteriensis d. Ao. 1706. ostendunt apud FABR. *in der Staats-Cantzley* T. XI. p. 689. In Capitulis immediatis Imp. protestantium Imperator ex justa causa actum electionis sistere potest, quod exemplum docet electionis Quedlinburgensis. Inde merito *Tertium effectum juris et reservati Caesarei colligimus*, nam cum in dicta electione Quedlinburgensi d. 3. Octobr. 1704. Imperator per rescriptum Capitulo injunxerat, *bis auf fernere Kaiserliche Verordnung die Sache auf alle Weise statu integro zu erhalten*, et tamen Capitulum ad actum quendam electionis processerat, Imperator rejecit electionem, et inhibitionem de novo repetiit, vid. omnino FABRVM *in der Staats-Cantzley* T. XIII. p. 572. et T. XIV. p. 518. conf. Illust. BÖHMER in J. E. Prot. L. I. T. VI. §. 45. add. Ejusd. diff. de juribus capituli sede impedita.

#### §. IV.

**Effectus IV.** Curat per suos Commisarios, ut electio- farios, ut electio- nes fiant canonicae.

*Quartus effectus reservati Caesarei in eo consistere arbitramur*, quod per suos legatos et Commissarios eam curam sibi omni tempore sumserit primariam, ut electiones efficiantur canonicae. Notum quidem est sufficienter de hac re disposuisse canones et constitutiones Pontificum, adeo,

ut

ut nihil tam subtiliter determinatum inveniri possit in scriptis canonicis. Interim tamen non adeo infrequentes sunt casus, quibus , neglexisse interdum debita sua officia conventus et Capitula , facile deprehenditur. Proinde Imperatoris partes deinde erunt , ut , ne in hac re quid detrimenti capiat vel Ecclesia vel Respublica , per suos Commissarios efficiat. **Huic effectui statim adjungimus Quintum ; scil. quod Imperator possit et debeat per Legatos et Commissarios suos maximam curam eo extendere , ne ipse Pontifex Romanus , sub praetextu juris confirmandi in Ecclesiis Cathedralibus sibi competentis , vel aliis artibus , electiones in Germania turbet ; quae tamen , juxta Instr. Pacis et Concordata , liberae esse debent. Inde experientia docet , quod Ordines Imp. etiam Protestantes , saepius ad Imperatoriam Majestatem configerint , Paparum insolentiam et fucos manifestarint , ac clementissimum auxilium implorarint. Quod factum fuisse occasione electionis Praeposti Ecclesiae Cathedralis Monasteriensis , testantur litterae in FABRI Staats-Cantzley T. IX. p. 774. seqq. ibi. Dem Münsterischen Thom-Capitul durch Dero allergnaedigste rescripta nachdrücklich zu verbieten und einzubinden , daß selbiges , zu seinem und der gantzen Teutschen Nation praejudiz sich bey dem Paepstl. Hofe hierinnenfalls nicht uweiters einlassen , noch von demselben etw<sup>o</sup> vas praejudicirliches annehmen und erkennen solle. Conf. Ill. BÖHMER I. E. L. I. T. V. §. 70. Possumus hic adjungere statim Sextum Imperatorii reservati effectum , quod Imperator per Commissarium suum commendare et proponere possit et soleat capitulo in eligendo Praesule occupato Canditatum , sibi et Imperio gratum , et ad promovendam salutem ecclesiae et reipublicae aptum. Quo jure , dum Imperator utitur , neutquam infringitur libertas , qua omnes electiones gaudere debent. Provocamus hac in re ad excerptum Kayserl. Rescripti an das Thom-Capitul zu Münster 14. Aug. 1706. die**

D

Bis-

Effectus V. Curat,  
ne Papa electio-  
nes in Germania  
turbe

Effectus VI. Pre-  
ponit et comen-  
dat Candidatum  
sibi et Imperie  
gratuum.

Bischöfli. Wahl betreffend in FABRI Staats-Cantzley T. XI.  
p. 703. ibi. Wir lassen im übrigen dem Capitel die ihmē com-  
petierende freye Wahl ungekränkt, und da wir nebst Thro  
Päpstl. Heiligkeit dazu dissimahl vor andern des Bischoffs von  
Osnabrük Liebden gnädigst recommendiren, ist es so vveit  
von dem, daß Eure Wahl-Freyheit dadurch im geringsten be-  
rühret vverde, daß selbige vielmehr bestätigt v wird, in  
dem Wir sovohl als Thro Päpstl. Heiligkeit gestehen, daß die  
Beystimmung von eines jeden freyen Willen dependire etc. item  
In Keyserl. Majestät Schreiben an Weyland Herrn Grafen von  
Schwartzburg Anthon Ginter Christ-Mild. And. die Wahl einer  
Quedlinburgischen Aebtissin betreffend in FABERS St. C. T. XIII  
p. 56. Und vveiln darzu nach allen vvehlerwogenen  
Umständen sich dato niemand besser als die Prinzessin Christina  
Elisabetha hervorgethan; Als v würde am rathsumsten seyn auf  
dieselbe vor allen andern Reflexion zu machen.

## §. V.

Effectus VII. Dis-  
fidia inter capitu-  
lares super elec-  
tione componit,  
et, si non possint  
conciliari, ipse  
constituit Episco-  
pum.

Progradimur ad Septimum effectum; Hic in eo consi-  
dit, quod, vi reservati, et secundum clarissima verba famo-  
sae conventionis inter Calixtum et Henricum, Caesar, per  
Commissarium et Legatum suum, dissidia, inter Capitulares  
occasione electionis orta, componere, Metropolitani et pro-  
vincialium consilio vel iudicio, seniori parti assensum et auxi-  
lium praebere, immo et constituere Episcopos, docente pra-  
xi et experientia Imp., possit et consuevit, eo casu, si in  
electione Capitulares non convenienter. Huc pertinent quae  
habentur in CHRON. REG. S. PANTALEONIS ad Ao. 1122.  
ibi. „ Imperator e contra investituras Ecclesiasticarum digni-  
“ tatum B. Petro remisit, ita duntaxat, ut, libera electione  
„ praecedente, Imperialis dignitas, quod suum est, in con-  
“ stituendis Episcopis Abbatibus vel Abbatissis non variaret.

OTTO

OTTO FRISINGENSIS de gestis Frider. Barbarossae L. II. c. 6. :  
 „ Tradit enim, inquit, curia, et ab ecclesia, eo tempore  
 „ quo sub Henrico V. de investitura Episcoporum decisa fuit  
 „ inter Regnum et Sacerdotium controversia, sibi concessum  
 „ autumat, quod obeuntibus Episcopis, si forte in eligendo  
 „ partes fiant, Principis arbitrii sit, Episcopum, quem volue-  
 „ rit, ex primatum suorum consilio ponere: Nec electum  
 „ aliquem ante consecrandum, quam ab ipsius manu rega-  
 „ lia per sceptrum suscipiat. In ANNALIBVS HILDESI-  
 „ ENSIBVS ad An. 1122. legitur: Imperator, ut Ecclesia-  
 „ sticae justitiae satisfaceret, investituras ecclesiasticarum dig-  
 „ nitatum St. Petro remisit, ita duntaxat, ut, libera ele-  
 „ ctione praecedente, et canonum gravitate conservata, Im-  
 „ perialis autoritatis, quod sui juris est in constituendis Epi-  
 „ scopis sive Abbatibus vel Abbatissis non amitteret, et si in con-  
 „ stituendis his dignitatibus discordia, ut saepe fit, oborire-  
 „ tur, Imperialis potestas, consilio sapientum, contrairet.  
 Exempla exerciti hujus juris, si desiderarentur, sane innu-  
 mera in promptu sunt. Ita Lotharius Saxo Imperator, relata  
 ad se super electione Episcopi Magdeburgensis capitularium  
 scissura, Praesulem illis dedit Norbertum, vid. CRANZ. in  
 Metropol. L. VI. c. 12. Conradus III. Traiectensi Ecclesiae  
 in partes scissae Episcopum dedit, vid OTTO FRISINGENSIS  
 L. I. C. 62. seqq. Fridericus Barbarossa jam memoratae Eccle-  
 siae Magdeburgensi divisae in electione Praepositi et Decani par-  
 tes suas interposuit, et OTTO FRISINGENSIS in vita Fri-  
 derici L. II. c. 6. : „ Cum, inquit, in Ecclesia Magdebur-  
 gensi alii ejusdem Ecclesiae Praepositum Gerhardum, alii  
 Decanum eligerent, divisis hinc inde personis, Regem, ad-  
 huc in saxonia morantem, adire disponunt; quos dum mul-  
 tis modis ad unitatem et vinculum Pacis Princeps reducere  
 satageret, ac proficere non valeret, alteri parti i. e. Decano

„cum suis persuasit, ut Guicmannum Zizensem Episcopum, Virum  
 „adhuc juvenem sed nobilem eligerent, eique accessito regalia  
 „eiusdem Ecclesiae concelit.“ EX ARNOLDO Lubecensi  
 BARONIVS ad An. 1185. exemplum refert his verbis:  
 „Erant in Ecclesia Metropolitana Trevirensi duo electi Volc-  
 „marus et Rudolfus: Re controversa ad Imperatorem delata,  
 „propter dissensionem electionis approbat Rudolsum, eique  
 „investituram dedit.“ Provocavit quidem Volemarus ad  
 Papam, qui et ipsi succurrebat, sed frustra et infelici successu.  
 Nec deessent exempla ubi sublime jus suum in controversis  
 electionibus ipsorum Pontificum Rom. exercere non neglexit  
 Imperator. Memorante R A D E V I C O L. II. Imperator Fride-  
 ricus I. auditio, quod a quibusdam sacri collegii membris Octa-  
 vianus, Victor IV. dictus, ab aliis Rolandus, qui et Alexan-  
 der III. electi essent, sui muneric esse credidit, autoritate  
 et jure suo uti, Ecclesiae viduatae, decreto ab utraque dis-  
 sentientium parte imperato, consulere, illum in synodo Tici-  
 nensi Romanum Pontificem, hujus vero electionem nullam,  
 pronuntiare.

## §. VI.

**E**ffectus VIII. Po-  
 test dare uni alte-  
 rive Candidato ex-  
 clusivam.

Ad Octavum nunc effectum nos convertimus; asserimus  
 enim (licet non ignoremus hac super re saepius controver-  
 siam motam esse) competere Imperatori *jus dandi* per Com-  
 missarium suum uni vel alteri candidato, de quo forsan ele-  
 tores cogitare possent, qui vero sibi et Imperio parum acce-  
 ptus, periculosus et inimicus est, *Exclusivam*. In ipsa con-  
 conventione saepius memorata, ut praesens sit Imperator, vel  
 ejus nomine Commisarius necessario, concessum est, et  
 haec verba sine effectu esse non debent, nisi quis absurdum  
 quoddam statuere velit. Ut autem hac praesentia aliquid effi-  
 ciatur, necesse est, ut contra Candidatum indignum, de  
 quo

quo certum esset , quod , per illius obtrusionem , male eccl-  
sie viduatae provideretur , data exclusiva , protestari possit  
Caesarea autoritas . Praeterea maxime considerandum venit ,  
regalia et superioritatis territorialis jura principalesque dignita-  
tes , Episcopatibus et Ecclesiasticis dignitatibus annexa esse ,  
ita , ut qui Praeful sit , etiam S. R. G. I. Princeps efficiatur .  
Quapropter , cum suprema totius Imperii ejusque salutis cura ,  
sub sanctissimi jurisjurandi religione commissa sit Imperatori ;  
quis non videt simul et hanc curam Eisdem concreditam esse  
debere , ut ne talis a Capitulo eligatur , ex cuius persona ,  
vel animo , forsan jam declarato hostili , detrimentum quod-  
dam vel periculum expectare possit Respublica Germanica ?  
Accedit et hoc , quod , propter eandem in Imperio Principalem  
dignitatem , in nexus feudali constituatur Imperator , tanquam  
dominus directus , cum noviter electo , tanquam vasallo Im-  
perii , mediante investitura ; Quae , qualis hodie sit , sub-  
stituta in locum investiturae per sceptrum , ceremonia porre-  
ctionis gladii , ejusque apprehensionis et osculationis , passim  
tradunt Iur P. et Feud. Ddres conf. Ill. MOSER in Comp. I. P.  
L. VII. c. 7. s. 15. Si itaque Imperatoris interest , habere  
Vassallum idoneum , fidelem , suae et Imperii salutis promovendae  
studiosum , et qui , prouti conventio saepius allegata  
loquitur , faciat , quod ipsi debet ; manifestum est , in Impera-  
tore etiam autoritatem querendam esse , rejiciendi eum , qui  
secundum Ipsius judicium talis non est . Et licet , per Eccle-  
siasticam dignitatem obtentam , in spiritualibus sedi Aposto-  
licae subjiciatur Praeful Romano - Catholicus ; per eandem  
tamen cum seculari illa dignitate conjunctam , Sacrae Caesareae  
Majestati et Imperio , ob fidelitatis juramentum praefitum , ad-  
huc arctius obstringitur . Quemadmodum autem Caesar non  
cogit Pontificem ut confirmet eum , quem indignum , inidone-  
um , de haeresi suspectum , vel Ecclesiae suae inimicum ju-

D 3

dicat ;

dicat; ita nec Papa nec ecclesia adeo illimitatam libertatem  
 sibi arrogare possunt, ut, non attenta Caesaris protestatione,  
 dehortatione et exclusiva per suos Ministros data, quemcumque  
 velint, Caesari atque Imperio suspectum, Ecclesiae et  
 Reipublicae Germanicae obtrudere valeant. Haec omnia  
 probe ponderanda sibi sumvit olim Legatus Caesareus Excel-  
 lentiss. Comes de Kaunitz, dum, teste LONDORPIO in  
*Actis Publ. ad a. 1688.* Reverendissimo Capit. Ecclesiae Met-  
 trop. Coloniensis proposuit: „Considerandum esse, quod  
 „dioecesibus Germaniae temporalis jurisdictione cum regalibus  
 „annexa sit, ideoque non posse illis illimitatam plane eligen-  
 „di libertatem competere, sed eam in tantum esse restrictam,  
 „ut non licet ab Interesse Imperii recedere.“ Nec Imperato-  
 tori, cui his ex causis jus dandi exclusivam Candidato tribuimus,  
 illa facultas denegari, sed potius per pronam consequentiam  
 adscribi debet, quod, si ejusmodi Candidatus a Caesare pro  
 inidoneo judicatus, a Capitularibus nihilominus eligeretur,  
 Caesar deinde jure suo prorsus uti, et tali presumtive electo,  
 a Pontifice licet confirmato, regalia denegare possit, prouti  
 et, antequam confirmationem adeptus sit, huic quoque actui  
 in Curia Rom. omnibus viribus se recte opponit. Confirmabim-  
 imus et illustrabimus hactenus dicta nonnullis exemplis et  
 testimoniis. Occurrunt primo litterae responsoriae Iosephi  
 Imperatoris gloriose memoriae ad status Belgii foederati  
 in FABERS St. C. T. XI. p. 729. ubi haec verba leguntur:  
 „Libertas Capitularium Germanicarum in eligendis Praesuli-  
 bus, Nobis prae aliis vi officii nostri curae esse debet, et  
 „est ita, ut vix credamus, Capitula hac in parte opem et  
 „praesidium Vestrum requisitura esse. Non etiam iis liber-  
 „tas illa, unius alteriusve personae probabili exclusione, cuius  
 „exempla non omnino insolita sunt, adimitur, quandoquidem  
 „illis inter plurimos eligibiles liberrimum optandi arbitrium  
 „, relin-“

„relinquitur“ In causa Monasteriensi 26. Jul. 1706. per Legatum suum Excell. Dn. Comitem de Eck proponi jussit Imperator: Wasmassen Iso Keyserl. Majetät in dem Herrn Bischoffen von Paderborn eine vvolbefugte diffidenz setzen, und nicht nur zu Rom sich seimer des Hn. Bischoffen Wahl vverständzen, sondern auch ihm die Regalia und Weltlichkeiten vervveigern vverden. vid. FABRI St. C. T. XI. p. 694. seqq. ubi plura de hac causa notatu digna scripta et rescripta occur- runt. In Electione Quedlinburgensi paria verba rescripti Caesarei excerpta veniunt ex FABRI St. C. T. XIII. p. 560: Da hingegen Wir bey verspiender Renitenz alle dem Stift daraus ent- stehende Folgerungen demjenigen anbeimgaben müssen, vvelcher mit Vervverffung unsrer Reichsväterl. Sorgfalt darzu Anlaß gegeben; Gestalten wvir denn auch nimmermehr zu geben können noch voverden, daß dem Stift vielleicht eine solche Person vorgesetzt vverde, respectu deren Thun und Lassen allerhand nicht ungegründete Errin- nerungen obhanden seyn etc. Postquam etiam Caesar jus devolutionis ursit, mox novas suspensionis et inhibitionis litteras adjunxit; et hujus in specie his verbis meminit: Als können Wir auch, diesen gegen unsre ausdrückliche Inhibition voreilig unternommenen Actum so blosserdings zu confirmiren uns nicht entschließen, sondern es ist unsrer gnädig- ster und ernstlicher Befehl an Euch hiermit, daß ihr bis zu Ein- langung Unser andervveiten Keyserl. Verordnung die bisherige sedis vacanz continuiret, und, ob dieses Incidens nicht gesche- hen vväre, nach vvie vor einrichtet. Quae contra hanc no- stram sententiam, de Caesaris potestate dandi exclusivam, for- san obmoveri possent, facili negotio etiam removebuntur. Si quis inferre velit ex cap. 43. X. de Elect. et Elect. pot. et cap. 12. eodem tit. in 6to. hanc exclusivam libertati ecclesiasticae adver- fari, zeum ad supra dicta ablegamus, ubi monstravimus, libe-

ram

ram omnino manere electionem quoad tot reliquos Candidatos non exclusos ; Et sic salva erit libertas Capitularium , salva Imperatoris autoritas ; salva denique Reipublicae Germ. securitas ac incolumentas. Alii si argumentari vellent ex Instrum. P. W. a. s. §. 21. quod , quia ad Imperatoris obligationem ibi refertur , ut Episcopos et Praelatos A.C. addicatos , si intra annum electionis suae fidem Ipsi fecerint , et praestanda praestiterint , *absque ulla exceptione* investiat , ergo nulla locum inveniat exclusiva etc. , jam facile reselluntur , si respondimus , haec omnia accipienda esse in terminis habilibus , scil. eum investiendum esse , *absque ulla exceptione* quia *legitime est electus* ; talis vero non erit unquam , cui Imperator , suo jure , ex justo , pro salute Reipublicae , judicio , exclusivam dederat. Taceamus quod illa ipsa verba : *absque ulla exceptione* investiendum esse electum , magis pertineant *ad exclusionem effectuum confirmationis papalis* nondum forsitan obtentae. Notum enim est , quod , licet confirmatio adeo necessitatis sit , ut ante illam electus administrationi se immiscere haud possit , cap. 17. X. de Elect. et Elect. pot. hoc tamen in c. 28. X. eod. remissum sit electis in partibus Alemanniae , Angliae et Galliae : et praxis in Germania certa , quod Electi statim post electionem , concorditer et legitime factam , omnem potestatem territorialem , jurisdictionem ecclesiasticam , immo et votum et sessionem in comitiis cum omni facultate concurrendi ad negotia Imp. accipient . vid. BÖHMER in I. E. P. L. I. T. 6. §. 72.

### §. VII.

**Effectus IX.**  
Praesens Imperator per suos Commissarios esse debet . si de depositando Praefulc agatur.

*Nonus effectus Caesarei reservati merito in eo ponitur* , quod Imperatoris praesentia per Legatos et Commissarios , atque ejus autoritas necessaria esse debeat , si de Praefulc alicujus , ob justas causas suscipienda , depositione et de- pulsione

pulsione a Sede Episcopali agatur in Imperio nostro. Omnes  
 aequi rerum aestimatores nobiscum consentient, quod, si non  
 sine interventione Caesareae autoritatis, Episcopus eligendus  
 atque constituendus est, sine eadem actus depositionis, ob  
 paritatem rationis, suscipi nequeat: Et propterea superfluum  
 ducimus reperere superiora argumenta. At ne omni exem-  
 plo nos destitui videamus, provocabimus ad infasti illius  
 mariti Gebhardi Truchsessii Archiepiscopi et Electoris Col-  
 nensis fata; ex quibus cognoscimus, Rudolfum II. Imperato-  
 rem, qui et ipse non una vice legatos ad dehortandum  
 Gebhardum, simul vero etiam ad confirmandos in moliminibus  
 suis adversus Praefulem, capitulares, miserat, huic negotio  
 depositionis memoratu dignissimo manus admovisse: Id quod  
 diligentissime adnotavit Celeberr. Dn. KÖHLER in Diff. Al-  
 torfi hab. de actis et fatis Gebhardi Truchsessii Archiep. et Elec.  
 Coloniens. provocavitque ad solennes instructiones Legato-  
 rum, praefertim in den Beylagen des Auszreibens Gebhardi.  
*citt.* §. 10. 13. 15. etc. Merito tamen conquestus est Vir  
 Celeberr. §. 20. n. 6. quod hisce turbis Colonensiis ansa  
 data fuerit Pontifici Gregorio XIII, se, plus quam par erat,  
 negotiis immiscendi Imperii, et ad suum tribunal statim ab  
 initio rapiendi causam, cuius dijudicatio Imperio German.  
 in primis competebat. Caesare ad ausus Pontificis conniven-  
 te, eum maxime in finem, ut odium exauctorationis potius  
 in Pontificem, quam in se, a Protestantibus, devolveretur.  
 Vrgent quidem pro excusatione Pontificis, causam Gebhardi  
 suisse mere ecclesiasticam; hinc, et sententiam ferre, ad so-  
 lolum Pontificem pertinuisse. Verum Gebhardus, Archiepi-  
 scopatu privatus, privabatur etiam Electoratu, et seculari  
 in dioecesi terraque Coloniensi potestate: Hinc, propter con-  
 nexionem utriusque, cum una sententia Pontificis Gebhardus  
 removeretur ab utraque dignitate, hoc non potest non dici

Effectus X. et ulti-  
mus. Imperatorii  
Commissarii pre-  
tentia in electione  
Coadjutoris.

Germaniae admodum injuriosum. Sed missis his ad *decimum*  
et ultimum effectum explicati haec tenus reseruati Caesarei pro-  
peramus et statuimus; praesentiam Imperatoris per Legatos  
et Commissario's suos, etiam justam et necessariam esse, quan-  
do, postulante necessitate, eligendus est Ecclesiae Coadjutor. Nec heic prolixus esse volumus, certo persuasi, quod eadem  
necessitas, quae Imperatoris praesentiam in electionibus Prae-  
sulorum ipsorum exigit, facile in omnium oculos incurrere  
debeat, quando agitur de electione Coadjutoris; nimis in  
ecclesiae et reipublicae Germ. salute et tranquillitate colloca-  
tur haec necessitas. Sed et fortiora efficiuntur omnia argu-  
menta pro jure hoc Caesari asserendo, si consideramus, quod  
*hodie in Germania Coadjutoriae cum spe futurae successionis den-  
tut utplurimum;* et sint modi successorem futurum, vivente  
adhuc episcopo, designandi, consequenter sedis vacantiam  
impediendi. Liceat enim antiqui canones Coadjutores tan-  
tummodo admittant, si Episcopus iusta causa perpetuo im-  
peditus, aut aegritudine vel senilis consecutus fuerit: Attamen  
sequens aetas multa immutavit, et occasionem dedit inventio-  
nibus Coadjutoriarum, sede non impedita atque etiam Sub-  
coadjutoriarum. Interim, quia communiter spes futurae  
successionis coadjutoriis juncta est, hoc tamen secundum  
concilium Tridentinum cap. 7. Sess. 25. de reformat. non nisi  
causa prius diligenter a Pontifice cognita fieri debeat, hinc  
quoad German. nostram recte concludimus, electionem Co-  
adjutorum alia ratione fieri non posse, quam qua fieri de-  
buisset aliquando Episcopi electio; i. e. praesente Imperatoris  
Legato vel Commissario, conf. CORVINVS in Jur. Can.  
L. I. T. XVII. §. 2. et ibid. III. BÖHMERVS in notis, et in diff.  
de juribus capituli sede impedita. C. L. §. 14.

§. VIII.

## S. VIII.

Coronidis loco questio tangenda est et brevibus dijus An Vicarii Imp. dicanda: An in interregno Vicariis quoque Imperii jus istud in Interregno mittere possit Commissarios ad electiones Prae-  
sulam.

dubitamus ex his rationibus 1) quia generatim cum omnibus fere I. P. Doctoribus afferenda est Vicariis Imp. ea potestas, quae ipsi Imperatori, si praesens esset, tribuenda fuisset, et adeo omne illud relictum est ipsis, quod in A. B. et generatim legibus et observantia Imperii non est admittum vel restrictum; 2) Licet hoc jus hactenus semper retulimus inter reservata Imperatoria, attamen haec non restrictive sed cumulative intelligenda sunt; praesertim, cum notissimum sit, exercitium aliorum reservatorum Imperatoris v. g. augendi dignitates, concedendi privilegia, legitimandi, et similia, ad eosdem Vicarios Imp. pertinere. vid. Ill. Moser

in Comp. J. P. L. III. c. 13. §. 1.

## CORRIGENDA.

Pag. 6. Paragr. 3. lin. 16. pro moderatore, lege: moderatores.

Pag. 11. lin. 15. pro examinasset, lege: examinasset.

Ibid. lin. ult. pro fuisse, lege: habuisse.

## TANTVM.





## GRATULATIONES.

**P**ost varios iuris SHELLERYS in arte labores,  
Iure suo ac merito praemia digna capit.  
Omnis in hoc genito chari stat cura Parentis,  
Delicium est Themidos, deliciumque domus.  
Macte animo studioque Tuo, dignissime Fili!  
Fac, Pater et Natus sint in honore pares!

**Consultissimi atque Excellentissimi  
PARENTIS,**  
Amici ab annis inde academicis sibi  
coniunctissimi, Filio,  
summos in utroque Iure honores  
I. m. q. gratulatur

**IO. DAVID. BAIERVS, S. Theol. D.  
Prof. Publ. et V. D. M.**

**C**aesaris Augusti curae, quae Iura reservet  
Imperium, praesens pagina docta docet:  
Hinc et amica Themis jam confert praemia digna  
**DOCTORIS** tribuit nomina, Iura, TIBI.

Sic de novis honoribus Praenobilissimo  
DN. CANDIDATO ex animo  
gratulatur

**G. H. LINCK, D. et Prof. Publ.  
h. t. Fac. Iur. Dec.**

*Caesaris*

*GRATUL*

*GRAT*

**C**aesaris Imperii Sacri pars Iuraque, Docto  
Te Libertatis Vindice, stant patriae.

**N**on, SCHELLERE, Tuae est laudis pars ultima,  
summo

Te placuisse Throno, Principibusque viris.

**C**aesari, et inde DEO, tribuis sua quaeque cuique:

Quid mirum, modicum si modo Papa capit?

Tu cape mox largos fructus, quos forte reservant  
Iam studiis Numen, Sors, Pater et Patriae.

Praenobilissimo DN. LICENTIA TO

Supremos in Vtroque Iure Ho-  
nores, laudabiliter partes, fau-  
stos felicesque esse jubet

**G**EORG. FRID. DEINLINVS,

D. et P. P. O.

**C**AESARIS, et nosti, et doce sacra iura tueris :  
SCHELLERE, o quantum tu decus inde feres!  
Ecce, TIBI Pallas plaudit, plauduntque Camenae;  
Laurum et iuridicam porrigit alma Themis!

Nobilissimo Dom. SCHELLERO  
Summorum in Iure honorum  
Candidato dignissimo  
gratulabatur

**C. G. SCHVVARZIVS, P. P.**

E 3

Quem

**Q**uem, Fautor, meritum semper fugiebas honorem  
*Hinc TE nunc sequitur, corpus ut umbra suum.*  
*Hinc specimen solemne Tvvm TIBI gratulor, optans,*  
*Vt dentur studiis praemia digna Tvis.*

Ita

de promeritis diu honoribus  
*Praen. et Doct. DN. DOCTORANDO*  
*congratulatus est.*

**GEORG. FRID. KIESLING,**  
*Oppon.*

**A**VGVSTI Tva docta manus dum iura tuetur,  
*Applaudunt Musae, plaudit et aequa Themis.*  
*Aequa Themis lactans, hodie TIBI SCHELLER AMANDE*  
*Basia, cum coco, pileolumque dabit.*  
*Inde novos TIBI, quos in Iure capessis honores,*  
*Ex animo grator, fata benigna precans.*

Haecce Praenobilissimo Doctissimoque  
*DN. CANDIDATO, Fautorè atque*  
*Amico suo honoratissimo, Inquil-*  
*no et Confalino acclimatissimo,*  
*dum, Summorum in Vtroque Iure*  
*Honorum caussa, eruditionis Speci-*  
*cimen eximium ederet, gratula-*  
*tionis ergo dabat*

**CONRADVS DEINZER.**  
*Iur. et Phil. Stud.*  
*Opp.*





X 2400428  
B. M. II, 137.  
f. 36, 1. MEDITATIONES IN AVGVRALI  
DE  
**IVRE ET RESERVATO  
IMPERATORIS  
MITTENDI COMMISSA-  
RIOS AD ACTVM ELECTIO-  
NIS ECCLESIASTICORVM  
S.R.G.I. PRINCIPVM ET PRAE-  
SVLVM**

II k  
4124

*SVPERIORVM PERMISSV  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE  
HONORIBVS AC PRIVILEGIIS LEGITIME  
CAPESSENDIS*

D. XV. DECEMBRIS ANNO MDCCXXXVIII

*AVTOR DEFENSVRVS OFFERT*

**JOHANNES SIGISMUNDVS SCHELLER  
SONDERS HVSA - SCHWARTZBURGICVS.**

---

*ALTORFII NORICORVM  
TYPIS IOH. GEORGII MEYERI, VNIV. TYPOGRA.*